



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119177

§. 66. Dubia circa novam conversionem, & Christianos Sinenses sacræ
Congregationi de Propaganda fide proposita.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

„Causino Jesuita. Præfationem vero, **Sæc. XVII.**
 „quæ huic libro præfigitur, nec vidis- **A. C. 1645.**
 „se, nec probasse, antequam typis
 „mandaretur; imo, quamprimum no-
 „bis innotuit, eam tanquam Universi-
 „tati injuriosam, veritati parum conso-
 „nam & scandalosam improbavimus &
 „improbamus, in cuius rei fidem præ-
 „sentibus subscripsimus. Parisiis die
 „tertia mensis Novembris, anni Do-
 „mini millesimi sexcentissimi quadra-
 „gesimi quinti.,,

Joannes Blondellus & Hallierus.

§. LXVI.

*Dubia circa novam conversionem, &
 Christianos Sinenses sacrae Con-
 gregationi de Propaganda
 Fide proposita.*

Jam anno Christi millesimo quingente- **Nouv. Re-**
 simo octogesimo quinto Gregorius **cueil des**
 Papa XIII. die vigesima octava Januarii **Affair. du**
 sanxerat, ne præter Societatis Patres **Clerg. de**
 alii Religiosi ad Chinæ & Japoniæ Pro- **France t. I.**
 vincias Evangelicæ Prædicationis caus- **Relat. de la**
 sa proficiscerentur; inde autem factum, **Persec. de**
 ut nemine obsistente quidam ritus, qui **la Chine**
 tamen superstitionem gentilem redolere **Bull. magn.**
 videbantur, Sinensibus Neophytis im- **Const. Gre-**
 pune concederentur: postquam vero **gor. XIII.**
& Clemens
VIII. Const.
Cle-44.

Sæc. XVII. Clemens VIII. omnibus Mendicantium
 A. C. 1645. Ordinum Religiosis amplam ad omnia
Indiæ Orientalis regna proficiscendi fa-
 cultatem indulserat, & ex PP. Domi-
 nicanis, Franciscanis, & Carmelitis
 non pauci ad Apostolicos hosce labo-
 res generoso periculorum contempta
 excurrerant, confestim non modo hi
 Patres, sed ex ipsis etiam Jesuitis non-
 nulli, hosce ritus, utpote supersticiosos
 & Idololatricos neo-conversis iadul-
 geri haud posse contendebant, Jesuitis
 illos nonnisi *politicos* esse, acriter pro-
 pugnantes. Tenebat hæc discepta-
 tio ab anno hujus sæculi trigesimo pri-
 mo usque ad annum quadragesimum,
 quo utrinque conventum, ut duo Viri
 Apostolici P. Joannes Baptista Morales
 Dominicanus, & P. Antonius a S. Ma-
 ria ex Ord. S. Francisci Romam able-
 garentur, ut desuper summi Pontificis
 decisionem impetrarent. Horum po-
 stremus in itinere suo interceptus, A-
 macaoi in vincula conjiciebatur, Pater
 Morales vero perruptis difficultatibus
 pene innumeris, superatisque variis
 obstaculis ac insidiis tandem Romam
 pervenit, ubi summo Pontifici unacum
 dubiis circa hosce ritus propositis li-
 bellum supplicem porrexit, hujus
 tenoris :

„Fra.

„Frater Joannes Baptista Morales Sæc. XVII.
 „Ordinis Prædicatorum, Procurator A. C. 1645.
 „generalis Provinciæ SS. Rosarii Phi-
 „lippinarum, & in Regno Chinarum
 „Missionarius, ad sedandas conscientias
 „Ministrorum, qui sunt in prædicto re-
 „gno, ne in illa vinea operarii in va-
 „cuum laboremus, & ne demus occa-
 „sionem ruinæ spiritualis animabus il-
 „lorum Neophytorum; quæ quidem
 „ruina orta est jam ex controversiis, &
 „variis quæstionibus, quas habent
 „PP. SOCIETATIS JESU contra Re-
 „ligiosos Dominicanos & Franciscanos
 „in illo regno fructui animarum operam
 „dantes, non attendentes prædicti PP.
 „SOCIETATIS JESU constitutionem
 „S. D. N. P. Urbani divina Providentia
 „Papæ octavi factam Anno Domini
 „1633. In qua omnibus sancti Evan-
 „gelii Ministris, in istis regionibus com-
 „morantibus his verbis præcepit. „ Re-
 „ligiosos vero, inquit; ut supra mit-
 „tendos, ac jam missos, & in præfa-
 „tis locis degentes plurimum in Domi-
 „no hortamur, ut in docendo populos
 „& præsertim de recenti ad fidem
 „Christianam conversos uniformes sint,
 „ne ob doctrinæ diversitatem, præser-
 „tim in materiis moralibus, Neophyti
 „illi aliquod scandalum patiantur, quæ
 „quidem controversiæ magnopere mi-
 „litant.

Sæc. XVII. „litant contra nostram fidem Catholi-
A. C. 1645. „cam, bonos Mores, & animæ Salu-
 „tem., Rogo, inquam, nomine utrius-
 „que Religionis Dominicanæ scilicet &
 „Franciscanæ, ut infra scriptæ inter-
 „rogationes, seu dubitationes a S. Se-
 „de Apostolica discutiantur, terminen-
 „tur, & definiantur, & per Breve
 „Apostolicum omnibus Ministris in illo
 „regno Verbum Dei disseminantibus
 „strictè præcipiatur, quid tenendum,
 „sequendumve sit, ita, ut non rema-
 „neat locus alicui Ministrorum super
 „hoc deinceps opinandi, mutandi, ad-
 „dendi, vel minuendi, quia ex hoc
 „pendet totalis bona educatio, & in-
 „tegritas Fidei Catholicæ inter illas
 „gentes. Dubitationes vero, quæ pro-
 „ponuntur, hæ sunt.

§. LXVII.

*Decisiones dubiorum Sacræ Congregationi exhibitorum.**Recueil l. c.*

Dubia a Sinensibus Missionariis expo-
 sita Innocentius X. Papa Sacræ
 Congregationi de Propaganda fide pro-
 posuit, a qua postmodum ad Sanctum
 Officium transmissa, & ab ejusdem Tri-
 bunalis, ut vocant, Qualificatoribus
 diu & mature discussa fuerunt, quorum
 tandem decisiones hoc anno die duo-
 decima